



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Ira Libri Tres

De Meyer, Liévin

Antverpiae, 1694

De Ira Libri Tres.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68620](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68620)

DEIRA

LIBRI TRES.



Ram que moveant cause, que damna sequantur,
 Quaque ferox vinci possit ab arte, canam.
 Magnum humeris onus infirmis: O! quod
 mihi Numen

Materia dignis instruet ora sonis?
 Vatum Phœbe pater, quo vindice prima feruntur
 Sæcula barbariem deposuisse suam.
 Auspice te, cecinere rudes ignota Poëta
 Carmina: sim curæ pars ego parva tuæ.
 Tu meritò mitisque Deus, tu diceris author
 Pacis, inoffensæ cultor amicitia.
 Tu, Superos inter, citharæ cantûsque repertor,
 Parsque tibi primi nulla vigoris abest.
 Ergo ades, irarumque ortus ab origine prima
 Detege, nec cœptum desere vatis opus.
 Fallor? an arcanum tibiit præcordia Numen,
 Et novus Aoniis collibus ardor adest?
 Ut feret ardor, agar; quamvis quò semita nulla
 Ducit, inexpertas cogor inire vias.
 Anxius in ventos abeat timor. I mea parvo
 Cymba lacu: Musæ vela minora regent.